



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis in genere; de Baptismo, de Confirmatione, Eucharistia, Sacrificio Missæ; Constitutionem Innocentii XII. super celebratione Missarum, variaque alia decreta

Genet, François

Parisiis, 1703

Q. 6 Quis fructus ex hactenus dictis ?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40834

5 TRACTATUS I.

D. Th. 3. p. q. 64. art. 2. virtus Sacramenti est ab eo qui instituit Sacra-
mentum , ut patet in instituentibus leges ; cùm
igitur virtus Sacramenti sit à solo Deo , juxta
id quod dicitur Rom. morum 8. Deus est qui
justificat ; consequens est , quod solus Deus
sit Sacramentorum institutor.

Quæst. 6. Quemam fructum ex hactenus
dictis percipere debemus ?

Resp. Observandum primò , quod ait sanctus
D. Carol. aet. p. 6. Const. 1. Carolus ; Quo major , inquit , & uberior est
De his que ad Sacrament. sacramentorum fructus , quam ut ejus vis
explicari facile possit , èo diligentius & inti-
mâ animi pietate & externo cultu ac venera-
generatim per- tione tractanda & percipienda sunt. Et , ut
tinent. dicitur in Canone , Omnia Sacraenta obsunt
Canone. Om- indignè tractantibus , prosunt tamen per eos
via. 1. q. 1. dignè sumentibus. Unde idem sanctus Carolus
alibi sic loquitur.

D. Carol. aet. S. r. p. 4. De sacramenta administrare , meminisse debet ,
Sacramentor. administrat. sancta se tractare , omniq[ue] ferè temporis mo-
mento paratum esse oportere ad tam sancta
administrationis munus. Quamobrem is cùm
aliros per Sacraenta purget atque illuminet ,
hoc maximè studebit , ut ipse vitam purè ,
castè ac religiosè agat , mentemque item &
animum ab omni peccati labe purum , adju-
trice Dei gratiâ , conservet diligenter. Qua-
cumque diei aut noctis horâ ad Sacraenta
ministranda vocabitur (cùm præcipuum ejus
munus cuius causâ à reliquo populo separa-
tur ; ab Ecclesiisque sustentatur prater cetera
eorum administratio sit) nullam tam sanctis
pietatis officiis moram interponet : imò popu-
lum sàpè numero , prout occasio tulerit , ac-
curate præmonebit , ut cùm opus est Paro-
chiali ministracione atque officio , se quam
primum & liberè accersat , nullâ habità nea

De Sacramentis. Cap. II. 7

temporis neque loci longè distantis, neque alterius cuiuscumque incommodi ratione. Cum autem accersetur, tantum abest ut verbis, vel vultu vel alio signo ostendat, se gravatè iturum, ut illius cui ministrare debet, salutis desiderio se accensum patrem præbens, verborum benignitate vulnuque hilari charitatem paternam significantem libentissimè, &c., ut potest celerrimè accedat.

C A P U T I I.

De necessitate Sacramentorum in lege
natura & in lege Mosis.

Quæst. I. Q UARE necessaria fuerunt semper Sacra-
menta post peccatum?

Resp. Quia, ut ait Divus Augustinus; In D. Aug.
nullum nomen religionis, seu verum seu fal- 19. contra
sum coadunari homines possunt, nisi aliquo Faustum cap.
signaculorum seu Sacramentorum visibilium 11.
consortio colligentur.

Divus Thomas, Augustini perpetuus disci-
pulus, tres adducit hujus necessitatis rationes:
Sacramenta sunt necessaria ad salutem tri- D. Th. 3. p.
plici ratione, quarum prima sumenda est ex q. 61. art. 1.
conditione humana natura, cuius proprium est in corp.
ut per corporalia & sensibilia in spiritualia &
intelligibilia ducatur: pertinet autem ad
divinam providentiam, ut unicuique rei pro-
videat, secundum modum sua conditionis;
& ideo convenienter divina sapientia homini
auxilia salutis confert sub quibusdam corpo-
ralibus signis, qua Sacra-menta dicuntur. Se-
cunda ratio sumenda est ex statu hominis, qui
peccando se subdidit per affectum corporalibus

A iiiij.